

EXERCITATIO, XXVI.

CONTINET,

FOETVS OCTIMESTRES,
copioso indigere alimento, adeò, vt nõ modo bonum
sanguinem absumant, sed etiam vitiosum alliciant, sic
q; plenitudinem sanguinis peculiarem, in vtero præg-
nantium (mensẽ octauum attingentium) desiderari,
ac proinde ex tali plenitudine oriundam inflãmationẽ
fictitiam deprehendi, Phlebotomiam, quæ sectis pedi-
bus instituitur abortientibus, & parturiẽtibus, vel pro
muliebrium retentione, aut ex hac orta inflãmatione,
euacuatoriam, & prouocatoriã esse, & dici; at illa, quæ
fit, vt eris inflãmatis; aperta saphena, est deriuatoria.
Obiter, Iaquinum non probasse, sanguinis missionem
in pedibus menstruas purgationes deriuare. Perpetuò
(in necessitate phlebotomiæ) vtero grauidarum inflã-
mato, citus, cautiusq; , quam in non foetis, brachij ve-
nas pungendas, fore. In prægnantibus vteri inflamma-
tione vexatis, circa initia a pedibus sanguinem detra-
hendum defendere (excudentis pace) assertũ in arti-
ficiosum, in humanumq; extitisse. Auctore, Doctore
Ioanne de Luna, Vega, Marcenensi, Hispalensis
academiæ olim rei medicæ primario pro-
fessore. Hispali Anno Domini

1610.



3

CONTINIO

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

3

CANDIDIS LECTORIBVS,
QVIBVS PLATONE CHARIOR,
& magis amica est veritas, Doctor Luna His-
palensis Medicus plurimam salutem
impertitur.

DERNITIOSA TYPIS EX-
cussa Hispali, venæ sectio in pedibus
gravidæ, mens. 8. attingentis, in
principio phlegmones vterum obsidē-
tis, Paradoxæ, in eiusdem vtero, parti-
cularis sanguinis plenitudo, secūdm
naturā, atq; ex plenitudine, peregrina supra naturalē
concursum inflāmatio circum scripta, sēpibusq; val-
lata (Viri Doctissimi) me denuò admouent, vt adeas
lucubrationes, studiaq; quæ, voce, typisq;, semper ve-
stram præstātiā exhortari curavi (videlicet prius, po-
tiusq; Hippocratis, Galeniq;, & seniorum monumēta
euoluenda, dein libros, seu codices recentiorum iure
appellatos) id impræsentatum, Deo duce, iterum, exē-
plo ostendere aggrediar. Quos veros artium condito-
res, & doctores, vtinā, iam omnes, diurna, nocturnaq;
manu versaremur. Ex his enim, quo cultu tractādi sint,
tum foetus, cum foetæ, non incongruè Christicolæ edu-
cemus. Sed dolendum profecto, quod senioribus, & re-
centioribus in manticam posteriorem reiectis, in hac
ætate (in qua faciens medicina suo pristino nitore resti-
tuta est) ausus fuit quidā (alias doctissimus vir) inter
multa alia, non parum dubia, eam ostentare erga pul-
cherrimas vtero gerentes impietatem, vel iracundiam,
vt nulla grauidationis ratione habita, nec dum eas le-
ges, alijs mulieribus statutas, ex eisdem morbis vexa-
tas, ac apriscis medicis concessas, vtero in quam geren-
tibus

A 2 tibus

4
tibus permiserit. Durum medicis, & grauidis illis dirū
est assertum, Doctoris contendenti, in vtero non gra-
uidæ inflammatione tentato, statim venam bracchij in-
cidēdam, at in grauida, ex pedibus incipiendum. Quod
inquiero flagitium, nostri tēporis vtero gerentes, filiaq;
nostræ admiserunt? Vt hæc lex, in illas sit sancita? Vtq;
cum illis multo peius, quam cum præteritis grauidis
agendum sit. Hæc est christianorum pietas? Sic respici-
mus, vt nos ipsos, proximum? Hæc cum non intra pri-
uatos parietes, sed publicè, & auctori dixissem, & de
nouo, maximoq; (meo iudicio) crimine, ipsum commo-
nuissem amico animo sæpius, ecce mota est bilis, me ad
arenā vocat, atque mihi interroganti, serio ne ad scri-
bendum me inuitaret? respōdit, se lubenter hoc ipsum
postulare, atq; non ægrè laturum. Sicq; primū, moneo,
omnesq; amicos certiores facio, non tam studio cōtra-
dicendi, nec viri doctissimi existimationi labefactādæ
(cuius honori vnus ego, plusquam cūcti medici Hispa-
lenses tribuo, & plus diligo) sed vnus veritatis asseue-
randæ gratia, me in publicum exiisse. Secundo, illos,
quibus non fuit copia, præallegatos, in cura singulari,
auctores euoluendi, scire exopto omnes illos auctores
adductos pro riuali, vt approbantes, venas secandas in
grauidis, non locutos de venis pedis, sed venas manus,
brachiorumq; intellexisse, illos verò, qui qualē qualem
venæ sectionis saphenarum, in grauidis cōmemoratio-
nem fecerunt (neq; enim est quæstio de lana caprina)
potius annotasse scripto, quam re ipsa exportos fuisse
neq; experiundum suasisse ita, vt vix verbum repperiri
in fauorē venæ sectionis ex pedibus in phlegmone vte-
ri, grauidæ, possit. Quæ de auctore verè tortis, po-
tius quam allegatis, sed vnum pro veritate nostra addu-
cam, aut alterum, primumq; vidouidium, haud indig-
num, quem credo, vniuersas bibliothecas exhaurisse.

Li. 11. de cura
ratione mem
bratim c. 16

Vbi ait. *Quam obrem, dum mulieres vtero gerunt, si tunc forte, morbo aliquo prehendantur, in illis curandis, a multis praesidiis abstinemus, quae audacter adhiberemus, si vterus foret manis, ne concitemus aborsum, si quidem pereunte (scilicet foetu) & praesertim grandiori, sed adhuc immaturo, periclitatur maximè ipsa quoq; foemina, in cuius vtero is continetur, ac saepissime cogitur, vitam cum morte commutare.* Rodericus de Castro, tum damnas usum expurgationis, in vtero gerentibus, tum temeraria consilia, tam in perpetrando abortu, quam in parui pendendo, sic cautè concludit. *Cum igitur alterum eorum sit seruandum, matri prospiciendum in tempore putant, ne vterq; pereat, at cum id fieri nequeat, sine foetus detrimento, satius esse, vt is statim projiciatur, qui post modum, vt putant, projiciendus est. Verum eorum sententia, nequaquam admittenda, dupliciter enim peccat, primò, quia non sunt facienda mala, vt inde eueniant bona, secundò, quia in morbis acutis praegnatim abortus, lethalis est. Nam cum vterq; affectus perse sit semper periculosus, si jungantur, ac malum malo addatur, res in extremum periculum adducetur. Sic Hippocrates mulieri vteri erysipelate correpta, pharmacum bibendum dat, si modo grauida non sit. Quod si oppositum nonnunquam successerit, id rectum ex errore iudicandum, quod imitari non licet, nec rationi illud tribuendū, sed robori mulierum, per quod errata medicorum tollerare potuerunt. Securiusq; semper fuit, & foetus, & matris summā habere rationē. Sic enim plerumq; factum, vt vterq; superuixerit. Hæc ille, quod vero pleriq; de impudicis foeminis, referunt, quantum assequor, vel iustitiæ, vel omnipotētis Dei misericordiæ tribuendum venit. Deniq; epyleptica, venæ sectiones aliis relinquens. Nam momentum occasionis remedij, ad praesentes attinere, ars medica docet. De paradoxa doctrina venæ sectionis in principio, e saphenis in grauidis, quæ assequor, dicam, interea dū, doctiores incepta acerrimè perficiant, & potiora multo foelicius asferre, satagant, & primo decisio contraria (in quam fe*

In scholio ad
caput. 21.

Li. de opt. fe
cta ad Ibra
syb.

6
ror, impugnandaq; subjiciatur, Valetē.

¶ Decisio partis oppositæ.

Mihi certe, & in prægnantium erysipelate, aut inflammatione (si sanguinis missione cum morbo certandum sit) eodem curationis genere, utendum esse apparet. Itaq; adhuc in prægnantibus, sapientiam incidendam esse, assero. Est autem huius meæ sententiæ fundamentum, Quod in iis, quæ utero habent, ex sanguine menstruo ibi concultato, & multo ante confluxo, inflammatio concitata est, atq; etiam totum curationis negotium consistit in mensium provocatione. Nam in hoc conveniunt ambæ inflammationes, tam quæ in prægnante est, quam in ea, quæ parturivit, quod scilicet, ex eadem causa, & eodem modo ad productionem se habente fiunt, ac proinde, quod eodem modo debeant, quantum agitur ad curationem, tractari. Hæc legis latoris more fanciuit, legunturq; scripta (& sæpe repetita, ubi eandem medellam vultesse, uteri inflammationis in foetis, abortientibus, & parientibus) in curatione singulari, articulo 4. pag. 76 absq; probatione, in re difficilima, quæ periculum duplicis homicidii insinuat, iuxta omnium medicorum (nullo dempto) communissimum consensum, pro quibus sic pugnandum, tribus statutis assertionibus, hacq; serie.

¶ Conclusio.

Mulierem utero gerentem, præsertimq; in postremis mensibus gravidationis, in acetabulis, uteriq; venis, plenitudinē sanguinis inculcati, & multo ante confluxi habere, atq; ex illa oriundam inflammationem, ad placitum assertum est. Nam tales gravidas cacochimia, vitiosissimisq; succis scatere, experientia, ratio, auctoresq; demonstrant.

Deus optimus maximus, melior natura (nihil nō faberrime machinatus) sic individuorum durationi prosperit, ut pro indigentia alimentum attrahatur (ut statim probabo) secundumq; debitum augmentum, adeo, ut grandiusculi fames, inter causas doloris partus puerperarum enumeretur, unde audiendus non est (quantumuis

tumuis doctissimus, expertissimusq; est) qui hanc particula- rem plenitudinē inuexit, in scopum, venæ sectionis, saphenarum in vtero gerentibus, verum, quum e cō- trario, totum parti impertiatur (atq; dispeream si hæc œconomia cuius homini mediocris ingenii non arri- ferit) & vniuersus prægnantium habitus succis malis plenus sit, fit, vt specialis plenitudo fictam generans in- flammationem, ab vtero foetarū, præfertimq; in vltimis mensibus, iure medico sic sit delenda. Nam Hippocra- tes *A* ad quem, tanquam ad lydium lapidem, & fontem sacrum recurrendum est, scripsit, & toties, vt nemo ex- cusari possit. Atq; adolescētiæ medicæ gratia nōnulla referam, *At vero* (inquit) *mulier, cum vterum gerit, a men- sibus prodeuntibus, propterea non dolet, quod sanguis non con- turbatur, acceruatim abire solitus singulis mensibus, sed proce- dit sensim, & citra dolorem, quotidie in vterum ipsum, & quod est intus in vtero, augefcit, singulis autem diebus, ea gratia pro- cedit, & non semel, per mensem, quod genitura existens in vtero, semper a corpore, pro vt vires, tum spiratio ipsa habet, & primū quidem modica spiratio fit, & sanguis modicus a matre procedit, cum vero spiratio amplior redditur, magis sanguinem trahit, & uberius is in vterum descendit, & mox. Primis (ait) diebus, vbi genitura in vteros illapsa, paucissimus sanguis, a muliere in vte- ros venit, deinde copiosior, si enim acceruatim, & multus semel veniret, genitura spirationem habere nō posset, sed sanguine mul- to accedente, suffocaretur, ecce. Vbi innuit, proportionabili- ter, atq; pro captu sanguinem descendere, & attrahi, & sint hec testimonia manifesta, huc respicit *B* Hippocra- ris censura. Et magis, quo fœtus est maior. Enarratoreq; Ga- leno. Ex defectu alimenti fœtus destruitur, non modo misso san- guine ex vena, sed etiam ex longiori inedia, ostendemus autē hoc ipsum, paulo post, & per alios aphorismos. Sicq; in sententiæ, hanc præcedentis enarratione, pro acutorum congrua diligentia, ex periculo instituenda, dixerat. Alterum vero*

A
Lib. de nat.
pueri.

B
5. apho. 38.

vero, quod ex longo intervallo cibum dantes, ex alimenti defectu
 fœtum destruemus. Sic etiam mulieri vtero gerenti, si māmæ
 graciles repente fiant, abortit. Hacten⁹ ex Hippocrate tex-
 tus, textuum doctrinam vel ignorantibus, vel inimicis
 adduxi, quos interrogare licet, vtrum sit firmiter didi-
 cisse medicinam ex codicibus, & papiro, absq; libris
 quam ex fontibus Hippocratis, & Galeni, & classicorū
 bibisse? Atq; (sint in numero Deo gratiæ) & incurādo
 facultatem, methodumq; Galeni, opere conari exequi,
 atq; vtriusq; dogmata exponere, ænigmata intellige-
 re. Quam paucis, hinc indeq; emendicatis, quod nun-
 quam poterunt assequi (adeo sunt stupidi) inuidiq;,
 aliis vt injuriam obtrudere? Sed ad institutum, laconi-
 cum senem (rationem semper reddens, atq; demonst-
 rans) C Galenus ꝑsecutus, plenitudinem, non solum
 ab vtero prægnantis mensē. 8. tangentis; sed ab vni-
 uerso corpore abegit. Nam loquens de vtero gerentiū
 citta, seu malacia, sic ait. *Atq; complures earum, huiusmodi*
vitio laborant, vsq; ad secundum, aut tertium mēsem, in quarto
vero quiescunt, partim, quod vomitione vitiatū humores expur-
gantur, partim quod concoquantur. Vt pote exiguum cibi, tum su-
mente muliere, ob fastidium, partim etiam, quod multitudo va-
cuatione sit imminuta. Quippe primis mensibus (En Hippocra-
tis semina exculta) fœtus, paucum ad se alimentum, seu san-
guinem trahit, eo quod parum adhuc auctus sit. Adeo, vt ne fœ-
tus quidem nominari tunc debeat, sed cyema potius, idest conce-
ptus. Vbi iam increuerit, tunc plurimo indiget alimento, atque
tunc, non id, quod optimum est, e venis (vt antea dicebam) alli-
cit, verum etiam quia maiorem alimēti copiam requirit, aliquid
vitiosi simul attrahit, ita fit, vt vniuersum corpus, & plethori-
cum esse, idest plenum esse, desinat. Et C. si igitur sanguis
descendit in vterū, mittente toto, & attrahente fœtu,
& si cesset in toto plenitudo (& crescat vitiū & cacco-
chimia vt statim) vndē nam vteris accedet plenitudo
ficta?

C
 4. de sympt.
 6aus. c. 7.

fieta? Agamus ratione, quorsum enim plura? cū in qua
 cumq; pueri seu foetus, habitudine, siue inquam in vte
 ro gestatus, sit sanus, vel æger (nullum enim tertium
 statum hic inuenio, qui si contingat, vni extremorum
 adaptandus) incompatibilitas plenitudinis particula
 ris, in grauidis, iam grauib; elucebit, atq; hoc dilem
 mate, plenitudinem implicare contradictionem, ex ra
 tione ostendam. Nam si sanus, fortisq; sit foetus, non
 solum bonum, sed & vitiosum alimentum exhaurit, vt
 ex Hippocrate, & Galeno, constat; si vero æger, imbe
 cillisq; est puer, multo deterior plenitudo reddetur,
 dicente eodem bono sene. *¶ Mulieri vtero gerenti, si pur
 gationes eant, impossibile est, foetum esse sanum.* Facultas enim
 vteri in grauida (& a foetu lassā) superfluentem sangui
 nem, tanquam inutilē, quantitateq; alienum a sese ex
 cutit, naturæ lege, nam vt in cōmentario docet Gale
 lenus. *Siquidem ille foetus, qui fortis est, ad sui alimentum, vti
 tur illo, qui ex toto corpore ad vteros fertur.*

D
 5. apho. 60.

Quod si fortassis, aliquis objiciat Auerroum *E* scri
 bentem. *Dixit Hippocrates, quod pragnans non debet phlebo
 tomari, nisi quando embrionis virtus fuerit fortis, hoc est a men
 se quarto, vsq; ad septimum, nisi humores fuerint furiosi, & phar
 maciam concedit tunc. Ego autem dico, quod quando adest reple
 tio, qua foetus non indiget, non est mala.*

E
 7. collect. c. 4

Auerroo (si respōsione, Hippocrati oppositus indi
 get) dicere poteris, de totius repletionem locutum, quā
 possibilem in aliquibus grauidis, & in mensibus, non
 nego, & hanc plenitudinem, ex totius plenitudine pro
 cedere, & foueri ratio dicit, sicque, quando eo res de
 venerit, vt isthæc plenitudo vteri phlegmonem admi
 ferit, necessario a brachiis primo, demēd^o est sanguis,
 deniq; Auerrous nec Hippocratem recte consuluerat,
 repletionem in illis mensibus negantē, caccochimiāq;
 purgantem.

B Ex

Ex breuiter probatis, nulla est in grauida, mensẽ octauum ingressa, vteri specialis plenitudo, nusquam enim apparet, ac per consequẽ, procedens ex illa inflã matio ficta, vt posset saluari, saphenæ in grauidis, iussa phlebotomia, contentionis plena. Quare superest nũc vtero gerentium caccochimiam, præsertim in vltimis mensibus (sic enim subaudiendus est totus hic sermo) vniuersalem, etiam, breuissimo quoddam compendio attingere. Sic dicat Hippocrates. *F Quum mulier in vtero gerit, tota fit, cum virore pallida, quoniam purus ipsius sanguis quotidie ex corpore destillat, & in fatum descẽdit, & augmẽtum ipsi accedit, & cum paucior ipse sit, necesse est, esse pallidam, semperq; alienos cibos appetere, & sanguinem intrare, & debilior fit, quoniam sanguis minuitur.*

F
Lib. 1. de
morbo mulie.

G
Lib. de hum.
c. 1. apb.
com. 2.

Sed hoc ipsum, videlicet, mulierem vtero gerentẽ, mensẽ octauum attingentem, & alias, potius vitium sanguinis, quam plenitudinem accumulare; vno, aut altero medio medicinæ, probetur. *G Quales sunt in corpore humores, tales colores in cute apparent.* Sed in vtero gerentibus apparent liuidi, pallidi, atrii, mixtiq; ex his (nostri vocant empañados) igitur tales in corpore esse humores, indicant. maior est Hippocratis, ac Galeni principium, minor supra, ex eisdem constitit, quam oculi sæpe quotidie iudicant, igitur vtero gerentes caccochimiam congerunt.

*4. de causis
symp. c. 7.*

2 H Tales cibos appetunt vtero gerentes, quales humores habent in ventriculo, & venis illis, sed appetuntur acidi, austeri, acerbissimi, carbones, aliaq; multa absurda, igitur tales habent in corpore, venisq; humores, scilicet vitiosissimos. maior est principium medicum, minor non minus, igitur euidens est ad sensum, grauidas non plenitudine, sed corruptione repleri, vtrimque igitur probavi, non esse plenitudinem sanguinis in vtero specialem, atque caccochimiam redundare in toto corpore.

Tandemq; , quid sentiendum est de iis, qui in libro rum lectione, & artis operibus insenuerunt? quod nō legerint Galenum, passim hæc docentem. *I Quibusdā in ipso partu sanguis effusus, diuersa est qualitate, his biliosus, aliis melancholicus, aliis virulentus, aut pituitosus, aut mediocriter bonus, sed inculpatus haud vnquam. Nam eius portio optima in fœtus incrementum est insumpta. Hæc Galenus, quem omnes medici in hoc in secuti sunt, sicuti in præcipua difficultate, videlicet, quod grandiores fœtus solent sanguinem abundantē absumere, ita vt, nullus possit reperiri, qui manibus, pedibusque in hanc sententiã non descenderit, atque hæc de prima conclusione.*

7
1. epid. 2. in
vxoꝛe Phio
lini.

Plenitudini, & inflammationi ex suppressis muliebribus ortis, cõmunissima, contraria semperq; ex saphena debetur phlebotomia, at vero humori in substantiam vteri influxo, in phlegmones incremento, remedium deriuans debetur, quare recedat, cum sequacibus Iaquinus (alioquin de remedica optimè meritus) qui venæ sectionem ex cruribus, pro euocandis mensibus, deriuatoriã vult.

2. Conclusio.

Et vulgus nouit, affectiones vteri, cedere venis in ta lo sectis, sed an euacuationis, vel deriuationis gratia, id, non ad quencumq; medicū spectat. Sed & si, ex natura rei procedere, atq; ex ipsa quid sit agendum, repperire, est in nostra arte scopum attingere, attamen voces, terminosq; & signa cõceptuū esse, & maximæ cõsiderationis, præcipuè in artium primis conditoribus, dubio caret, multum enim refert (& vtinam iam audiam ego doctissimi mos focios me docentem & in consultationibus, & proponentes. *Vacuãdum suggerit affectio, si vnicus sit simplexq; affectus, vel si multiplex, præualet in hoc affectu, & præstãda est reuulsio, ante alias indicationes, nã magis vrget hic, qua ille morbus, atq; præponderat.*) In Galeni lectione semper in-

R
In li. metho
di.

uenire, euacuandum esse, & euacuationē præstandā, sicuti etiam deriuandum, & deriuationem adhibēdam, hæc enim nō distinguere exactissimè, est empirici personam agere. Veniam ad rem. *Indicatio cōmunitissima est, in repletionē euacuandum*, adeò, vt plebeis sit nota, illāq; docuit

L
2. aph. 22.

L Hippocrates, non ob id parui faciendus. Nam *ad ianuas scientiarum, principia omnibus nota, veteribus mos fuit, illis, proposuisse. Scripsit enim. Quicūq; morbi ex repletionē fiunt, curat euacuatio.* Itaque plenitudini in genere euacuatio generalis, in specie vero, specialis euacuatio debetur, sic enim

M
L b de flatibus non lōge a principio.

M Idem asseruit dicens. *Contraria, contrariis remedio esse, & particularibus contrariis, particularia contraria.* Vnde Galenus, siue plenitudines sanguinis, inflāmationes ve, ex tetentione muliebrium in utero curās, siue abortierint, siue pepererint mulieres, euacuationis remedio, & voce semper insigniuit. *Secus vero, segesit, in aliis inflāmationibus vteri ex fluxione ortis, in quarum initiis, reuellit ex braechiis affluentē humorē, in fluxūq; deriuat.* An grauida sit, vel inanis mulier, immemor, cuius mentem, si subire posset cogitatio, cōceptusq; medici illius, qui existimauit modò, post tot sæcula, peius tractandas foetas, quam non foetas, forsità annotasset.

N
Lib. de sang. miss. c. 11. & 18.

Videamus igitur attentius, id quod quotidie nobis fit obuiam, atq; sermone, testimoniisq; Galeni probo (sic re ipsa exigente) quod, *In retentionibus muliebriū, & passionibus, ex illis genitis, venæ sectionem euacuatoriam appellatam instituat ille.* Nec mirum sit, quod pro rei fide stabilieda, diutius immorer, primoq; ait. *Nam N plenitudines a suppressis mensibus ortas, omnino per crura euacuabis, siue venam secare, siue scarificare oporteat.* Et mox, quæ vero fiunt ex cruribus, tantum abest, vt retrahāt, vt etiam menses promoveant, quandoquidem sanguinis ex utero fluxum adiuuant cum euacuatione ex cruribus, quæ fit, aut malleolis scarificatis, aut

O
9. metab. c. 5.

incissa in talo, aut poplite vena. O Agensq; de cōtinētium

cura.

curatione, illa exaravit omnibus notissima, memoria-
 p; digna verba. Itaq; si tempore mittendi sanguinis menses mo-
 ueri contigerit; siue etiam hemorrhois sit reclusa, si inspectus
 fluentis impetus, satis fore videbitur, qui solus, quod requiris va-
 cuet. hæc ille, ubi, hanc vacuationem, etiam a natura
 (quã medicus imitatur) appellat. Hæc Galenus, ubiq;
 consonans, vel contrarium ex illo ostendant, ratione
 ve agant, probentq;. *Sed vigilabunt lasi.* Vnde mirũ est,
 quæ nam tam dura carosis illos apprehenderit, vt eua-
 cuationem mensibus retentis correspondentem, cum
 deriuatione humoribus impactis debita miscuerint,
 sed neq; mirum, re melius inspecta. Si enim Galeni le-
 ctioni inuigilantes, passim dormire cõtingit, nisi re-
 cte institutum libri, scopusq;, inspecti fuerint, decipiã-
 tur alii, necessum est, atq; prælofateri, & nonullos, in
 tantam dementiam incidere, vt Galenum (quem nun-
 quam assequentur) & ignarum, deceptum, ebriumq; pu-
 blicè, dicant. *Sed similem habent labra lactucam.* Itaq; huius-
 modi affectibus, ex retentione prognatis, in puerperis, & abor-
 tientibus locum suum habuit semper, habebitq; euacuatio expedi-
 bus, at uteri inflãmationem in grauidis (est enim fluxio in illa ex
 superioribus) reuellimus ex brachiis, & nihilominus ex cruribus
 etiam, sanguinem detrahimus, sed deriuationis gratia. Sicque
 rationi consonum est, neq; in grauidarum inflãmatio-
 nis principio, incipiendum a tali venarum punctione;
 sicuti neq; in tetentione puerperiorũ parturientium, &
 abortientum a basilica, brachiove esse inchoandũ, cũ
 contrariorũ contraria sint ratio, & doctrinæ. Dixi in-
 choandum, quoniam vt ex P Hippocrate colligimus, Nil
 tam perpetuum, quam nihil perpetuum. Si enim satisfactum
 est indicationi alicui, & interueniat alia, quæ magis vr-
 geat, hæc nos trahet, alia non neglecta. Eodem docete
 Galeno, & vt ad institutum. *Ex pedis venis, euacuaamus*
pronocamusq; retentas purgationes vero, at impactum humorẽ

P
 Lib. de fra-
 cturis.

Q
 7. met. c. 12

in

in vtero deriuamus, in incremento, quod in principio fluxio-
nis, in vterum, negaret Galenus, vt negat, at vero retē-
tum in vtero cruorem lubētissimè euacuat, si in rigore
loquendo, illam euacuationem natura leuata non effi-
ceret (quemadmodum aliorum dicebat R Galenus,
natura quidem expellente, medicamento vero attrahente)
te) quod profecto, est quodammodo, volenti manū por-
rigere, at vero impactum (vt in vltimo discursu R dixi-
mus) conamur, vt ex eisdem venis, a quibus particula
phlegmone affecta nutritur; ad latera deriuetur, Ia-
quinū aliqui conati sunt imitari, quos omnes decuisset
fane, fateri, non illam venarum distinctionem esse in
cruribus, quæ in aliis partibus occurrit, sed obliuioni
tradere affectuum differentias, morborumq; tempora,
profecto turpe fuit; deniq; vt vno concludā principio.
Distinguant tempora, concordabunt venæ sectionis differentias.
Sed cum aliam probauerim, venæ sectionis indicatio-
nem, præstare sanguinem menstruum ibi, in vtero scili-
cet non grauidæ præter naturam retentum, hanc autē
venæ sectionem, euacuationem vocatam videlicet,
nonnulli vocarūt sanguinis missionē prouocatoriā. Neq;
enim (vt ait) S Ioannes Eurnius, illud rationi consonum est, san-
guinem vtero, vel aliqua parte contineri tam diu, donec excer-
natur, nam toti massæ sanguinæ manet iunctus, & postea, di-
stentis sanguine vasīs, per anastomosin excluditur, vt pote ex-
crementum superflui alimenti. Hanc autem excretionem promo-
uent naturæ vis, meatuum libertas, & materiæ preparatio,
quæ accidentia efficiat sanguis in non grauidis dicat
T Galenus. Vnde ergo oritur plenitudo tum venarum, tum vin-
culorum, nempe ex mensruorum retentione. Nam peruenit qui-
dem ad vterum sanguis, sed ad interna ipsius ingredi, non potest,
aut quia erassior est, quam vt per ora vasorum transire possit,
aut quia clausa sunt ora, itaq; multiplicatus in venis eas extē-
dit, atq; vicina ipsi⁹ vincula madefacit, ad horum vero extensio-

R
3. apb. 22.

R
Secundo de
pleuritide.

S
Li. 5. institu.
medic. c. 6.

T
6. de locis
eff. c. 5.

siem, vterum retrahi, necesse est, igitur, si vndiq; equaliter retra-
 hatur. Haftenus ille, hystericam passionem, siue vteri
 suffocationem, passim describens. Haecq; plenitudo vena-
 rum, vinculorumq; vteri dicitur proprie, & huic proprie debetur
 e saphena euocatio, cum contenta in vtero materia, sua, pecu-
 liariq; sorte, tali venas sortita fuerit. At deriuatio inflama-
 tioni vteri debetur, atq; multū interest, inter affectus
 & remedia. cumq; inflāmatio Galeno, V fere semper fiat ex
 sanguine copiosiori a maioribus venis in minores, & a minoribus
 in minimis, & ex his, ad spatia, musculosq; fluente; fluentiq;
 ex eodem auctore, reuulsio debeat, in principio, Et sensus ip-
 se iudicat, multo aliter tractandam inflammationem
 vteri, in grauida, & non grauida, quā immittentibus su-
 pernis truncis, caudicibusq; venarum, ad vteri ramos,
 & radices fit, quā in abortientium, parturiētūq; siue
 retētionē, siue inflāmatōne & Augenius, & omnes me-
 dici adhibent, atq; (vt vnico concludam verbo) in re-
 tentione reuocamus, seu prouocamus versus vterum,
 & ad vterum, at vero in inflāmatōne, abuocamus ab
 vtero, deniq; deriuamus, qui (quantum ex artifice agi-
 tur) ferē sunt contrarii motus, & auxilia a contrariis,
 siue oppositis affectibus indicata, at vero alter affe-
 ctus est plenitudo, morborum potius causa, est alter in-
 flāmatō, acutus sanē, & periculosus morbus in grauidā
 vtero, quā sic curare oportet accuratius, quā in nō gra-
 uida, si vera omnes auctores, in hunc vsq; diem, docue-
 runt, hancq; vnanimiter sic fieri X omnes docent. Illi^o
 q; causam, affirmasse legimus sic. *Causa interna inflamma-
 tionis vteri, est multus sanguis feruidus, qui ex alimento abūdat,
 & ex vena caua per capillares effunditur, atq; retinetur. Sicq;
 corpus, seu vteri substantiam occupat, neq; aliter in-
 flammationem cōmittere poterit. Quā sic oboculos*
 Y Galenus proposuit. *Quod igitur per partes inflammatas
 in ipsis vasis, plus sanguinis aggregatum est, tumoribus earum*

V
10. met. c. 6.

X
Castro, & om-
nes.

Y
Li. de tumor
prat. nat. c. 2

conjectandum est, nihilominus ex eo quoq; , quod venæ prius ob paruitatem Visum effugientes, apparent, non sanè, in inflammatione genitæ, sed eo, quod sanguine repletæ, sunt ita ad tantã magnitudinem elatæ, vt sensibiles fiant, maxime autem in oculis hoc accidere videtur, & pene, & mãm̃is, quod vero omnis caro quoq; cuius iam maximèq; affectio, est inflammatio; repleti fluore sanguineo videatur, & color, & tumor ipse indicat, ob id vero omnis humida, & madescens vt lana , & spongia apparet. Hæc Galenus, de vteri phlegmone, in cõmuni, nosq; de inflãmatione vteri in grauida, & de vena in principio eligēda, sermonis consecutione. Augenio, & aliis, relictis inflãmationib⁹ puerperarum, & abortientium. Quæ omnia idem vir, latissimè ad tertiam conclusionem.

3. Cõclusio

Sicuti grauida plethora; seu aborsus præcauetur, vel febriles affect⁹, aliæq; inflãmationes brachii venis sectis, curatur, sic & vrgētius vteri phlegmone. Nã cõsiliũ, affirmãs, non fætas, ex vtero inflãmato vexatas, statim ex brachiis phlebotomandas, fætas vero, statim ex pedibus, impertinēs esto, & contra artē medicã.

Circa primam assertionis partem, nemo potest dubitare pacata mēte, sicuti, neq; circa tertiã, quum graues acutosq; affectus venæ brachii præcipueq; interne citissimè, & plurimũ euacuent, neq; hætenus in via Galeni dubitauit quisquam, circa eam (quem si quis nõ sequatur, errabit necessario) secundam tamen, & tertiam ego existimo, comprehendi sub illa *A* Galeni repetita auctoritate, nullam exceptionem admittente gtauidationis. *Veluti (inquit) in locis muliebribus retrahes, si eas, quæ in cubito sunt secueris venas, aut iuxta mammas cucurbitas apposueris, vel manus concalfeceris, & fricueris, atq; alligaueris, hæc ille, locos muliebres curans, seu Hippocrates (cujus inuentum dicit esse) a situ sumpta indicatione, quæ maioris est momenti, si grauida, vel inanis mulier, fæta, vel non fæta nihil curans. Præterquam quod, vt scimus (perficentibus neotericis, antiquiorum incepta) fortior, & vigetior,*
vali-

A
 2. ad Glauc.
 cap. 2.

validior inquam, in grauida remanet indicatio in reuel-
lendo, ab vtero inflammatione tentato, imo, & pueris
ideft euidens. Nam oppositum exercere, quid dico, e-
xercere, sed scribere, parum dico, cogitare, est maximū
nephās. Neque vnicus auctor, ratio ve, pro opposita
sententia, vel somnio (ignoscat tantus vir) repperitur,
omnes contra sentiunt, quos esset longum, & præter
institutum, adducere. Atq; liceat obsecro, nostratium
honorem, medicum regium, Doctorem Ludouicum
B Mercado, somnium (vt est in adagio) & solutionem
dirimentem. *Quibus (vt par est) administratis, etiam si affe-
ctio sit in partibus inferioribus, a basilica alterius, vel vtriusq;
brachii, primo sanguinē detrahere oportet. Iuxta vires, ætatem,
habitum, aut anni tempus. Quod sanè dogma, perpetuum sit in
hac curatione, nisi, aut ex abortu, laborioso ve partu, vel nimia
sanguinis profusione (quacumq; in parte sit) inflammationem
prodire, nobis compertum fuerit, Hujus rei ratio est, quia con-
jectabile videtur, a supernis partibus, & sanguinis fonte, fluxio-
nem concitari, aut plenitudinem præesse, quam, si prius non de-
posueris, vel longissimè a parte affecta retraxeris, maiorem pro-
cul dubio, in eadem parte fluxionē concitabis, itaq; retractionis,
& plenitudinis deponendæ gratia, primo brachiorum venas tun-
dere oportebit. Hæc sapientissimus vir, quæ, inter Hip-
pocratis aphorismos, recenseri debent. C Rodericus
de Castro, qui bene apud plurimos hodie audit. Illum
virum sic imitatur, scribens. *Secundo iis, quæ simul auer-
tere, & euacuare valeant, quod primum fiet, sanguinis missione,
ex altera, vel vtraque basilica, iuxta virium robur, &c.*
Hæc Castro, post Galenum Auicenas, & classici, tan-
demque, & scholastici Doctores, & practici, atque au-
ctores Gymnæsiorum librorum. Sed quando ad hoc
infortunium, miseræ vtero gerentes, in finibus infoeli-
cis sæculi seu fenescente iam mundo deuenierunt, vt
nullam grauidationis, rationem, siue prouidentiam,*

B
Lib. 2. de
morb. mul.
cap. 17.

C
C. de vteri in-
flamat.

C haben

habendam, in illarum phlebotomia, quidam afferuerit veteranus miles (atque ob id damnandus) quod consideratio maxima mittendi sanguinem in grauidis, medicos Asclepiadarum familia natos, tantopere vexauit, Galenumq; sic dubium reddidit (*Vt Celso viriliter consulente*) nec ausus fuierit venas (nō dico in cruribus aborsum facientibus) sed nec in brachiis incidere (horredum dictu) adeò pii erga homines extiterunt, Agè, pietas etiam, humanitasq; me vocant, atq; si in foeta, Romanus Hippocrates (vltra Hippocratis coi metas) detrahendum sanguinem docuit, atq; nimirū ex brachio (si enim res intimius inspiciatur ex phlebomia tali, in grauidis grauibus, potius apuero sanguis detrahitur, qui pabulum præbet illi, quam ab ipsa matre, quod etiam timetur in basilicæ sectione) sed vt per se notum supposuit, neoterici etiam, vt legistis, ego illorum minimus, efflagitante necessitate probabo, excellenter in principio phlegmones vteri, inchoandum a venæ sectione brachii, si mulier sit grauida, quandoquidem in non grauida, sic faciendum docet Galenus, atq; auctor singularis curationis non admittere non potuit. Iterum, atq; iterum, atq; si oportuerit millicies moneo, me non agere de inflāmatione vteri, Horatii Augenii, oriunda videlicet, ex retentione muliebrium, siue ex aborsu; siue ex partu acciderit.

C
*In responsione
 ad Apologiam
 Fuchsi.*

Supponendo tandem, turpiter lapsum Fuchsi, sentientem venæ sectionem ex vtero reuellere, atque contendisse aduersus **C** Thadæum Dunnū, quibusdā tricis, quibus Doctissimus Dunnus, maximusq; Galeni discipulus satisfacit, vt ibi videre licet (neq; enim est animus chartas implere) non minus quosdam antiquitus, sine fundamētis afferuisse, in inflāmatione vteri a pedibus demendum sanguinem, omnino principii inflāmationis, temporumq; fluxionis immemores, neq;

neq; aduertēdo venæ sectionem ex pedibus deriuare, vt communis tenet schola, & ordo facientium medicinam, quo omnino carere deprehenduntur, qui ad curationum humorum tempestiuē acciti non reuellunt, antequam deriuent, nam vt idem Dunus D ait (cum vtrumq; sit necessarissimum pro exacta inflāmationū medella) *In iis vero inflammationibus, quæ partes inferiores obsident, nullam eiusmodi commoditatem habemus, vt per vnam & eandem venæ sectionem, vtrumq; euacuationis genus absq; periculo perficiamus, si quidem non crurum tantum, sed cubiti etiā venas aperire, neceſse est. Ex cubito enim venas interiores secātes reuellimus, & in contrarium trahimus radices versus.* (Dixerat enim in principio secundo. *Reuulsio omnis eo maxime dirigenda est, quoad eius fieri potest, vnde sanguinis copia magna ad affecta loca confluit, vel attrahitur. Et in conclusione priori. Reuulsio igitur omnis versus radices vasorum maximè, ac quantum fieri potest, dirigenda est, non contra, & in altera. Ergo reuulsio omnis præsertim in morbis partium inferiorum ex venis brachiorum est tentanda*) ex cruribus vero deriuamus. Vtuti in vteri phlegmone cubiti vena reuellit quidem, non tamen tuto deriuat, propter nimiam distantiam, & hepatis quoq; interpositionem, crurum autem sectio, poplitum scilicet, vel malleorū commodissime deriuat, nullatenus tamen reuellit, vna igitur, vnius ve venæ sectio, talis in morbis satisfacere nequaquā potest, etenim venæ crurum secta, quia in contrarium non trahunt (quæ de re libro secundo, & tertio copiosissime acturi sumus) reuulsione in seruire plane nequeunt, quæ propter si primus inflammationis vteri insultus sit, vena in cubito statim interna secabitur, &c. Itaq; sine reuulsione deriuationem aggredientes, fabricam absq; fundamentis astruant, est necessarium. Atque methodo euersa penitus, radiculam (vt est in prouerbio) a foliis manducant, & nos artis præceptorum; indicationumq; nimis obseruantes increpent, quibus valere iussis, ad probationes.

D
Lib. 1. c. 7.

C. 6.

bis

Argumentorq; ab inflammatione, non gerentis in utero, ad gerentem, utramq; eisdem regulis inflammationis curandam.

D
Axioma Ar.
& Galen.

1. *Idem, D in quantum idem, semper est aptum indicare idem.*

sed eadem est inflammatio, igitur semper idem remedium indicat. Maior est principium philosophicum, & medicum, minorem probo, quoniam eadem est phlegmone, idem membrum patiens, uterque scilicet, igitur idem remedium semper indicant, sed in non grauida, atque, absque præcautione abortus, debet statim reuulsoria venæ sectio ex brachiis exerceri, *Atq; oportune imperata, sufficit sola, sanatq;*, Iuxta experientiam *E*

E
Thadd. dūn.
de reuuls.

auctorumq; sententiam absque eo quod ad deriuationem (in foetis audaciæ signum) deuenire oporteat, igitur in prægnantibus æquius multo, ex brachiis, primo quoq; tempore, iubenda est reuellens sectio venæ.

2. Quando plures concurrunt indicationes, remediū aliquod postulantes, tunc postulatum, maiori energia est exequendum, sed in utero gerente mensem. 8. attin genti, plures indicationes concurrunt postulantes remedium aliquod, reuulsionem videlicet, igitur in talibus remedium maiori vi præstandum est. Maior est indicationum principium in demonstrabile, minor patet. Nam præter generalem retractionem fluētium humorum in uterum, inspicitur foetus conseruatio, abortus fuga, matris periculum, atq; aliæ considerationes, igitur multo melius in utero gerenti, quam in nō gerenti, statim a brachiis sanguis est demendus.

3. Ad hominem, si ob aliquam rationē reuulsio esset exercenda a principio, in grauida, uteri inflammatione laborāte, maxime, quia a vicinioribus, imo ab ipsa parte, utero scilicet (ut male volunt) inflammatio oriretur, sed hæc esset nulla, contraq; artis dogmata, igitur nihilominus in grauida est exhibenda. Maior est illorum
funda-

fundamentū, minor improbat̄ur tripliciter, primò quidem, quoniā, cum reuulsio non fiat ratione contēti in parte, non ad partem, idest ad deriuatiouem, inter initia accedendum, 2. quia, cum commune (nisi propriū est dicēdum) sit omnibus inflāmationib; vnde cūq; , aut vbi cūq; genitis, vt tum etiam a vicinis, & circumstantibus augeantur, commune etiam (aut proprium) auxilium sit illis reuulsio, methodus insinuat, 3. quia sequeretur, quod inflammationibus solis ex remotis oriundis (non in aliis) reuulsio esset imperanda, quod ridiculum est. Nam in quacumq; , reuulsione vtendum.

4. Fluxio timetur, & præcauetur in non foetæ vterū, iure optimo, igitur multo magis, in foeta. p3. con. quoniam, omnia, quæ considerantur simplicia in nō foeta, necesse est augeri in foeta, ex principio phisico, & Galeni dicentis *Augetur enim cuiuslibet causæ efficientis opus, ejus aucta substantia*, timetur nāq; maior fluxio, quoniam (vt supra probaui) refertum est totum corpus vtiōsissimis succis, ob foetum, meliorem sanguinē attractentem, atque ob grauidarum ingluuiem, in illis mensibus, igitur si in non grauida, excellentius in grauida, ex bracchiis.

5. In curatione regulari vocata, primus tollendus affectus, qui habet rationem causæ, sine qua non (est exēplum cruditatum oppleta prima regio, respectu venæ sectionis, & vlceris impletio, generandaq; caro, pro cicatrice inducenda, sed talis causa sine qua non, est sublatio fluxionis, pro phlegmones fientis medella, igitur a sublatione fluxionis, necessariò incipiendum est, sed hoc fit sectis venis brachii.

6. Dato gratis, incipientem inflāmationem, nō reuulsione, sed deriuatione, & euacuatione sectis saphenis, curandam in aliis subjectis, adhuc in grauidis fugiendū, optimū cōsilium dixerim ex decisione alterius dubii,

bii, non leuis, & sic probo. In re maximi momēti, auctoriq; illud remediū (quāuis sit intra idem genus, venæ sectionis, E. g. debet præferri, quod quāuis in se sit minus, in ordine tamen ad morbum, agrūq; , vel ad alia, sit magis securū, sed reuulsio est magis securo; quā deriuatio, & euacuatio in vtero gerenti, igitur reuulsio in vtero gerenti est præferenda, maior propositio G Galeni est dicēris. Nempe, & si minus quidem auxilium, quā per purgationem sequatur, securius tamen multo existit. Minor probatione nō eget, igitur in grauida poti⁹, & melius a venæ sectione brachii exordiēdū est, nā aliter abortus sequitur, atq; vehemētissimā inflātionē excitabis.

G
2. acut. 11.
607.

7. et ultim

Quidquid subito, & affatim sanguinem, & humores versus vterum, embrionemq; cōmouet, suffocationis illius, atq; abortus est, causa, sicuti qui in diuersum vocat retrahitq; est vitæ retentionisq; principium. Sed sanguinis missio è saphena, & humores versus vterū, embrionēq; cōmouet, & ex brachio retrahit venæ sectio, ergo venæ sectio ex saphena in vtero gerēti suffocationem foetus, abortumq; inducit, & ex brachiis sanat, igitur illa vitanda, hæc maxime amplectenda est. maior, & minor sunt principia medica, igitur ad sensum patet, venæ sectiones in grauidis vteri phlegmone laborantibus, a pedibus minime inchoandas.

Quod si attendistis a me præscriptam, transcriptāq; resolutionem abs doctissimo auctore singularis curationis, vix credere possum, quod responsionem ad illā expectetis, cum nec auctoibus, auctoritatibus ve, nec rationibus aduersus reuulsionem in grauidis faciendā pugnaverit. Nam relictis scopis Horatii Augēni (& omnium medicorum) videlicet. *Abortientes, & parturientes ex retentione laborantes curandas ex saphenæ sectione*, probantisq; , his inquam relictis scopis, probationes aliorum adductis, perperam applicare volens grauidis

dis, vteri phlegmone occupatis.

Horatium H Augenium transfert, qui ad generum scribēs, loquitur vt apud illum licet legere de abortiētibus, parturientibusq; , quibus retenta sunt muliebria, vnde causa est, causæq; principium, sicuti, in *Stimargi famula*. Neq; opus erat Augenio, cum non sit illi⁹ doctrina, sed vetustissima: at de sanguinis missione agens, *spectat ad venæ sectionem aborsum prohibentem*, ac ex brachii communi vena iubendam consuluit. Nec aliqua ex parte probationes ab illo adductæ in nostrā veritatē militant. *Nam quod intendit I Horatius vtero gersētes plenitudinem sanguinis habere posse, de primis mensibus grauidationis enuntiat, & non solum dicit, imo grauidā mensis. 8. & similes excipit, dicens. Porro, quæ copiosum habēt sanguinum, possunt statutis mensibus, primis potissimum ex vtero purgari, vtilitate minimè contemnenda, sic enim exoneratur sanguine natura, quo veluti sarcina premebatur, atq; de cætero reddita potentior, fœtum optime conseruabit, rarum est (& hoc saltim rarum Augenii debibat auctor singularis curationis in spexisse, vel melius Hippocratem legisse) Quod aliis mensibus contingat, quandoquidem grandior fœtus, vt plurimum solet abundantem sanguinem abforbere. Hactenus Horatius, manifestè nostras partes agens.*

H
In epist. ad
generum.

I
Lib. 6. c. 4.

Adducit præterea ex Augenio (vt dixi) inuito, *sanguinem multum in acetabulis colligi*. Forte, si ea, quæ ex anatomia constant, melius perpendisset, Augenio fidem subtraheret, sed legamus, quæ summus vir, atque meus familiaris (cujus manes sint saluæ) K Andreas Laurentins, litteris traddidit, *Primo (ait) acetabulum sinus denotat conspicuos, in quos vteri vasa desinunt, vmbilici venteris figuram referentes, acetabula hæc in mulieribus nunquam repperiuntur, in ouibus, & capris maximè sunt conspicua. Secundo, acetabuli nomine, ora vasorum instar papillarum tumētia intelligimus. Postremo, Cotyledones, ora sunt vasorum, ad vterū*

K
Lib. 7. anatō
mæ quest.
12.

*uterum desinentia, & cum umbilicalibus venis cocuntia. Hac po-
strema significatione, quis in muliebri utero cotyledones nega-
bit? Hæc ille, ego, quantum sanguinis in his potest coa-
ceruari, & capi secundum naturam? Ut possit inflam-
mationem efficere, inquirō? maxime cum foetum octi-
mestrem famelicum, & egentem tota ars fateatur.*

ad illud etiam, quod torquentes (sicut in omnibus aliis) Horatium adducunt. *Ex. 2. ad Glauc. c. 2.* certum est, prædictum Horatium loqui, *de retentione muliebrium, in abortientibus, parturientibusq;*, non vero de gravidis, in quibus oritur inflammatio, sicut in non utero gerentibus, quibus ambabus fluxio fit a superioribus procul dubio, tam utero gerentibus, quam inanibus uteris, inter hos casus enim, & ab Augenio adductos, fere est ea distantia, quæ inter cælum, & terram. 2. aduertat quod quamuis dicat Galenus, reuulsionem fluentibus deberi, non negaret fluxuris, imo & auctor singularis curationis id præstat, *dum pro præseruatione fortissimæ epy-
lepsia, humores quietos, e venis pedis retrahere vult, qui non
fluunt.*

Deniq; omiſſis multis ab Augenio adductis, verè parum firmis, qui, quamuis eis contendat, *Venam brachii in utero gerentibus incidendam, neutiquam vero in pedibus cum omni schola medica.* Vnicum tamen quod maximi facit, & putat, omnes, *nodum gordianum* iudicare, proponam, dum, scribat. *Quid igitur ad Hippocratis textum respondebimus, quo admonuit, mulierem ab ortire, misso sanguine? quid inquam mihi respondebit idem auctor, si aduersus eam sententiam, alterum eiusdem oraculum protulero? admonens, utero gerentem singulis mensibus expurgari posse. quamuis dicat, foetus imbecillos nasci? Quam obrem abortum non semper facit expurgatio ab utero, neq; etiam faciet Venæ sectionis.* Hactenus Augenius, uti dixi, ad insinuandam solam venæ sectionem in utero gerentibus, ex brachio, a maiori ad minus, sum-

In citato loco.


sumpto argumēto, nō vt vellit, tali venas tundere, hoc enim sæpe repetere, oportet, sed debiliter arguit Augenius, ipse neganda proinde, vel paritas, rationis, vel con. est enim multo alia, & opposita meo iudicio. Nam foetui imbecillo superfluit sanguis, sicq; expellitur a natura, atq; non inodo non lædit, sed confert, ne suffocetur (vt dicebam, aperte probans, fictitiam fuisse plenitudinem in grauibus grauidis) at forti, seu sano foetui deest alimentum, si sanguis ex quacumq; vena detrahatur, cum magno semper periculo, cum maximo ex cruribus, ex rei natura ipsa, saphena abortum prouocante, atq; , vt huic parti foelix imponatur finis, *cum Augenio, bene, & in præcauendis aliquando abortibus, brachiorum venas superiores secante, & in abortientium, & parturientium mensiumq; retentione, atq; inflammationibus ex hac subortis, recte saphenas cum omnibus aperiente, conuenio*, is enim ab auctore singularis curationis, extra propositū adducitur.

Quid igitur super est? quid? vt adolescentioribus consulamus ea ipsa, quæ eminentissimus vir, Doctor Ludouicus Collado refert sic. *Quibm ob rem perpetuò auditores meus moneo, vt Galeni medendi methodum in sinu semper gestent, legant, atq; memoria teneant*, hæc ille, & merito quidem, sic enim maiores effecti, Horatio Augenio, aliisq; valere iussis, sine cortice natate poterunt, deniq; indicationum compotes facti, ea quæ præstantes neoterici congrua ediderunt, illi inquirere, edereque valebunt, dissona verò, atq; torta corrigere, confutaretq; , non erit difficile. Illos vero, qui concertationes litterias in rixas, odiaq; transmutant, in crimine manifesto fugæ comprehendi, est euidentis, viriliter agant, seseque erga proximum assiduè exerceant, quos tacendo, operandoq; in palestra expecto, atque (si fas est) prouoco, vt & huic debitum persoluant, & ea, quæ

a me scripta iã diu sunt, in cucurbitulã scarificatã in ple-
 uritide: in ommisã venæsectionẽ in morbi in cremẽto,
 & perperã per missam in statu, exclusam ex purgationẽ
 in morbi etiam augmento: tria puncta totius medici-
 nã utiliora, a doctissimo vallesio minus prouisa,
 typis, non linguis impugnent, nudi omni affe-
 ctu, sic enim fiet, vt nos dedoceant,
 vel ipsi dedocti ditiores
 recedant.



L A V S D E O. O P T I M O
 Maximo, semperq; Virgini Mariæ ma-
 tri, D D. Hieronymo Bernardo
 patronis, & omnibus
 sanctis.



am

